

Hieron.

Faustum, c. 3. & sequentibus, & aliis locis. Ex D. Hieronymo in cap. 7. Matthei.

25. Quae requiruntur ad miraculum.

Ex quibus duo requiruntur ad naturam miraculi. Primum, ut sit opus extraordinarium praeter legem ordinariam. Unde creatio animae rationalis, illius justificatio, & conservatio totius universi, licet excedant naturae vires, & à solo Deo fieri possint, tamen quia insolita non sunt, sed communia, & usitata juxta legem statutam Dei, ideo inter miracula strictè, & pressè sumpta, non scribuntur. Secundò requiritur ad miraculum, ut sit supra naturam causarum naturalium, id est, ut nullo concursu causarum naturalium naturali vi prodire possit: nam aliquando applicatis causis secundis, ex occultis, & abditis virtute quidem resolant effectus, qui nobis mirabiles videntur, ut dum magnes trahit ferrum.

26.

Psal. 71.

Psal. 76.

D. Thom.

Tripliciter operatur miraculum.

Ex hac ratione fit manifestum, quòd solum virtute Deistum miraculum. Ita ait Regius Vates, Psal. 71. num. 18. *Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus* Psal. 76. num. 15. *Magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, & multis aliis locis.* Et rectè notat D. Thomas in *quest. disput.* quòd Deus miraculum tripliciter operatur: quædam supra naturam, quædam contra, & alia præter naturam. Illa sunt supra naturam, quando illum effectum Deus miraculosè facit, quem natura non potest inducere; ut Incarnati Verbi, & forma gloriosa corporibus suscitatis communicanda. Illa sunt contra naturam, quando in natura remanet contraria dispositio ad effectum, quem Deus facit, ut verbi gratiâ, quando multi Sancti ambulaverunt super aquas, in quorum corporibus inerat gravitas, & in qua salva erat mollities ad submergendum omnia corpora gravia. Et quando Daniel erat in lacu coram leonibus famelicis, *Daniel. 6. n. 14.* Illa verò sunt præter naturam, cum Deus producit effectum, quem producere natura valet; sed illo modo, quo natura producere non potest: sic rana producta sunt in *Aegypto Exod. 8.* Quia licet aliâ aqua eas producat, non tamen in tam brevi tempore, nec in tanta multitudine, eum talis fuerit earum numerus, ut nunquam antea tanta extiterit.

27.

Matth. 10.

28.

2. Ad Thessalon. 2.

Christus Dominus, ut verus Deus, multa miracula operatus est, ut probat præfens textus, ac multa alia loca. Sancti verò multa miracula etiam operati sunt, virtute divina à Christo sibi collata, *Matth. 10. n. 1.* *Dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Ideo notandum est, quòd Deus, quando operatur miracula, imperio, & potestate, ut supremus Dominus utitur. Christus Dominus, cum Deus, & homo sit, aliquando adhibuit preces, ut homo, sed rarè; plerumque tamen imperio, & potestate signa edebat, ut verus Deus; Sancti verò in majorem exaltationem nominis Dei, precibus ad ipsum Dominum suis signa operabantur.

Quia tamen iniqui homines quædam miracula in externa apparentia operantur, quæ miracula non sunt, ut fecerunt Magi in *Aegypto Exod. 7. n. 11.* & Antichristus operabitur, ad *Thessal. 2. cap. 2.* *Cujus est adventus secundum operationem Satanae in omnibus virtute, & signis, & prodigiis mendacibus.* Rectè Apostolus appellat prodigia mendacia, quia talia videntur, & non sunt, quia proveniunt ex appellatione causarum natura-

lium quarum abditam vim illi agnoscunt, quod multo magis erit Antichristo, cum arte Dæmonis sit adjovandus.

Et ideo ad vera miracula cognoscenda quatuor indicia sunt consideranda: ita ponit Suarius *de fide disput. 4. sect. 3. num. 9.* Primum divinitas, & consistentia effectus; nam quæ sic tantum fiunt, breviter transeunt, & ideo, ut resuscitatio Lazari vera comprobaretur, ipse per quatuor dies pemortuus jacuit. Secundò, ut ad sint veri effectus, per quos talis veritas comprobetur, ut videre in cæco, deambulare in claudo, Tertio attendenda est multitudo, & frequentia effectuum cum omnibus signis, quæ experimur, & præ manibus habemus, ut in illis inveniantur effectus, qui in tali re dari solent; ut quando miraculosè fit vinum, ut in illo sit sapor, color, odor, & alii effectus, qui in illo liquore dantur. Quarto, Ex dictis patet, quòd considerandum est, ut ipsum opus miraculosum non fiat; vel applicatione causarum naturalium; vel mutatione temporis, vel aliquo influxu causarum secundarum, quæ habeant vim ad illum effectum edendum.

29.

Suaris. Signa ad miracula cognoscenda.

QUESTIO VI.

Quare Christus miracula faciebat?

Conveniunt omnes Patres, & Doctores ad 3. part. *quest. 13. artic. 1.* quòd Christus Dominus faciebat miracula ad confirmandam suam doctrinam. Hoc autem intelligi potest de utilitate, & convenientia miraculorum ad prædicationem confirmandam. Vel potest intelligi quæstio de necessitate, & hoc, vel in ordine ad potentiam ordinariam, vel absolutam. De potentia absoluta nulla potest esse quæstio, quia Deus multa, & varia media habet in sua potentia per quæ poterat disponere humanam voluntatem. De lege ordinaria tantum est quæstio. In qua Abulensis *hoc loco quest. 120.* videtur affirmare, hujusmodi miracula fuisse necessaria.

30.

Abulens.

31.

1. Conclusio

Joan. 5.

Joan. 10.

Joan. 3.

32.

Chrylost.

Tenendum est primò in hac materia Christi miracula fuisse valde apta, & convenientia media ad persuadendam, confirmandamque ejus doctrinam. In hac conclusione nulla potest esse dubitatio. Probatur primò ex *Joan. 5. n. 33.* Ait Christus Dominus: *Vos misistis ad Joannem, & testimonium perhibuit veritati: Et subdit num. 36.* *Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit Pater, ut perficiam ea, illa testimonium perhibent de me.* Et *ibidem num. 18.* *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* Et *Nicodemus Joan. 3. num. 2.* *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

Et ratione. Quia miracula sunt opera edita virtute Dei; & Christi doctrina, erat doctrina Dei: atqui proportionatum medium ad confirmandam doctrinam Dei, sunt opera ipsius Dei: ergo miracula, &c. Et ita habetur. Quia, ut docet D. Chrylostomus *homil. 14. in Matth.* quando fit novum aliquid, & inopinatum, ac politæ causæ introducit, signa Deus facere consuevit, præstant

præstant pignora quædam suæ potentiae his, qui legem ejus accepturi sunt. Sicigitur, cum hominem esset facturus, prius mundum creavit universum, ac demum factò homini legem in Paradiso dedit. Et sancto Noè legem impositurus, eum mirabiliter à diluvio liberavit. *Gen. 7. & 8.* Abrahamo antequam legem Circumcisionis daret eum per multa signa perduxit: insigni victoria de quinque Regibus *Genes. 14.* Et magna plaga imposita Pharaoni Abrahamum à periculo liberavit, *Genes. 12.* Antequam legem Judæis daret in Sina, multa prodigia, & portenta operatus est, ut patebit legenti totum Exodum à capite 3. Ita hic quoque, cum sublimem quandam vivendi introduceret disciplinam, & quæ nunquam ab illis fuissent audita, auctoritatem mandatis suis præstruxit claritate signorum.

33. 2. Conclusio

Suaris.

Joan. 1.

34. Obiectio.

Solutio.

35. 3. Conclusio

Secundò tenendam est, quòd hujusmodi miracula non fuerunt simpliciter necessaria, ut Christi doctrina reciperetur; sed absque illis prudentissimè credi poterat omni fide, tam humana, quam divina. Ita Suarius, *tom. 2. ad 3. part. disput. 3. 1. sect. 1. Secundo certum.* Probatur. Quia certissimum est, quòd Joann. Baptista dabat testimonium de Christo dignum omni fide, itaut qui illius sufficientem cognitionem haberet; peccaret gravissimè, illi non assentiendo, ut observat Suarius *citatus.* Nam Baptista venit, ut testimonium perhiberet de lumine, *Joan. 1.* Et ad hoc habebat omnia necessaria, siquidem, cum Deus dat munus, dat omnia requisita ad illud. Et Joannes tamen non fecit miracula: ergo etiam si Christus nullum ederet, adhuc ejus testimonium esset dignum omni fide.

Dices, miracula non fuisse necessaria Joanni, quia ipse non prædicabat novam legem, nec novam doctrinam, sed solum ostendebat Messiam, quem expectabant Judæi. Deinde ejus sanctitas, ac magna asperitas vitæ magnam illi reconciliabat auctoritatem. Respondetur, quòd mysterium, quòd Christus, & Joannes prædicabant, ex quo tota veritas doctrinæ utriusque pendebat, idem omnino fuit, scilicet Christum Dominum esse filium Dei, & verum Messiam promissum in lege, qui peccata mundi tolleret, & gratiam conferret, præterea veritas testificandi non fundatur tantum in asperitate vitæ, sed potius in sanctitate, innocentia, ac summa veritate in cunctis; & in his omnibus multo magis resplendebat Christus, quam Joannes. Et tam manifesta erat Christi innocentia, ut ipse coram suis inimicis diceret: *Quis ex vobis arguet me de peccato.*

Tertio tenendum est, miracula Christi Domini posse dici quodammodo, & secundum quid necessaria ad recipiendam, confirmandamque doctrinam Christi. Declaratur hæc resolutio: Quia id, quod est valde utile, quodammodo potest dici necessarium: atqui miracula Christi ad prædictos effectus fuerunt valde utilia, ergo & quodammodo necessaria. Secundò. Inter auditores Christi erant multi maximè obstinati, & obdurati: ergo ad eorum obstinationem confringendam, omne medium fuit applicandum, *Sylveira in Evang. Tom. 1. l.*

tam auctoritas in verbis, quam potestas in opere; præcipue cum illa doctrina, quam Christus prædicabat, duratura esset usque ad finem mundi, & perventura ad homines, qui Christum nec viderunt, nec audierunt, ideo ejus doctrina omni medio fuit confirmanda. Tertio declaratur hæc necessitas. Quia in Scriptura prædictum erat, quòd Messias hujusmodi miracula esset operatus, ut constat ex multis locis, *Isaia 35.* Ergo, ut persuaderetur hominibus, Christum esse verum Messiam requirebatur, ut faceret illa miracula, quæ de Messia erant prædicta. Et ideo dixi in conclusione, necessaria secundum quid, nempe supposita hac dispositione divina.

Dices, Christus Dominus ait *Joan. 15. num. 24.* *Si opera non fecissem qua nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ergo illa opera erant necessaria, ut homines tenerentur credere in Christum; siquidem sine illis non peccarent non credendo: *Si opera non fecissem, peccatum non haberent.* Respondetur, missis aliis solutionibus suo loco dandis, hoc infirmare nostram primam, & tertiam conclusionem. Deinde respondetur, quòd sermo est ibi ex suppositione: nam, cum Christus prædicaret, se esse Messiam, necessarium erat, opere adimplere ea, quæ de Messia prædicta erant in Scriptura; aliàs non haberetur dignus, cui fides daretur, cum verba non concordarent cum factis; ideo ait: *Si ego non fecissem opera Messia, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ergo, cum Christus omnia opera, quæ de Messia scripta erant, præstitisset, & simul essent conjuncta cum suo testimonio quòd eximie sanctitatis, & auctoritatis erat, maximum peccatum habebant Judæi, & nullam exculpationem.

Quomodo Christi miracula dicuntur necessaria secundum quid.

36. Obiectio. Joan. 15.

Solutio.

*Marc. 4. n. 24.* Abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos.

VERSIONES.

*Syriacus.* Et audita est fama ejus in tota Syria, & offerebantur ei omnes, qui pessimè affecti erant infirmitatibus variis, quique cruciatibus constringebantur, &c. eoque sanavit.

*Theophylactus.* Et dimanavit fama illius in totam Syriam, & adduxerunt ad illum omnes malè affectos, variis,

variis morbis ac tormi-  
nibus contractos, & dæ-  
moniacos, &c.

*Euthymius.* Et divulgata est fama ejus  
per univerfam Syriam.

EXPOSITIO.

37.  
Pafchaf.

Fama debet  
esse conjun-  
ta cum bo-  
nis operibus.  
Theoph.  
Vatabl.

Syriacus.  
Chryfoft.

QUESTIO VII.

Utrum Christus Dominus sanavit omnes,  
qui ad illum veniebant, &  
adducebantur?

38.

Quæstio non procedit de illis, qui ad-  
ducti sunt ad Dominum in hac lua præ-  
dicatione in Galilæa; nam de his expresse  
ait Evangelista, quod obtulerunt ei omnes ma-  
lè habentes, & curavit eos; sed procedit  
de iis, qui in aliis occasionibus oblati sunt Do-  
mino.

39.

Dicendum est, quod Christus sanavit omnes,  
qui ei oblati sunt; si petentes habebant fidem;  
quia aliàs nihil eis dabatur. Hæc est communis  
doctorum ad loca Matthæi citanda, D. Hiero-  
nymy, D. Chrysoftomi, D. Thomæ, Cajetani, Al-  
berti Magni, Hugonis, & aliorum, Abulensis *hoc*  
*loco quasi* 112. Probat. Quia fides est funda-  
mentum omnium cæterorum: ergo ut reliqua  
habeantur, fides procedere debet. Deinde. Quia

Hieron.  
Chrysoft.  
D. Thom.  
Cajetan.  
Albert. Mag.  
Hugo.  
Abulens.

sine fide non est homo dignus, qui valeat impe-  
trare, ut ait Jacobus 1. num. 6. *Postulat autem in* Jacob. 1.  
*fide nihil habens, qui autem habet, similis est*  
*fluctui maris, qui à vento movetur: ergo non est*  
*dignus ad impetrandum.*

Probat. secundò. Quia Christus Dominus 40.  
quosdam cæcos illuminaturus, necessariam ab  
illis exigens fidem, dixit Matth. 9. num. 28. *Cre-* Matth. 9.  
*ditis quia hæc possum facere vobis? dicunt ei: Vi-*  
*que Domine; tunc tetigit oculos eorum, dicens*  
*secundum fidem vestram facti sunt vobis.* Et ita, cum Na-  
zareti scandalizarentur, quod, cum essent patri-  
cii, apud eos Dominus non multa signa, ac mira-  
cula faceret, ait Evangelista Matth. 13. n. 58. *Non* Matth.  
*fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem*  
*eorum.* Et Marc. ait 6. n. 5. *Et non poteat ibi vir-* Marc. 6.  
*tutem nullam facere nisi paucos infirmos in suis*  
*manibus curavit, & mirabatur propter increduli-*  
*tatem eorum.* Ait sacer textus, quod non poterat  
ibi virtutem ullam facere non ex defectu po-  
tentia, ut explicat Cajetan, Jansenius, Beaul-  
xames, Maldonatus, sed ex impedimento; jure  
& repugnantia objecti: est enim sermo, non de  
potentia absoluta, sed ordinaria; nam sicut po-  
tentia naturales non possunt proprios effectus  
producere, nisi in patiente disposita potentia  
ordinaria ad curationes, & miracula, non pro-  
ducitur effectus, nisi in impetrante disposito  
per fidem: & quia hæc in Nazaretis decrat; ideo  
dicitur, quod non poterat ibi virtutem facere:  
nam infidelitas eorum hujusmodi beneficium  
demerebatur, hæc poterat virtutes illas conveni-  
enter recipere, licet Christi potentia illas facere  
posset, sicut & alibi est operata.

Marth.

Marth. 6.

Cajetan.  
Jansen.  
Beaulxam.  
Maldonat.

Et quia quidam Marc. 9. num. 22. petens à 41.  
Christo, ut sanaret filium suum dicebat ei: *Si* Marc. 9.  
*quod potes, adjuva nos miseris nostri, quæ verba*  
*non ostendebat plenam fidem. Dixit illi Chri-*  
*stus, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.*  
Et cum lachrymis respondens pater ait: *Credo*  
*Domine, adjuva incredulitatem meam.* Et statim  
Dominus petita concessit, & puerum sanavit. Ac  
proinde, ut notat Abulensis citata *quasi* 123. Abulens.  
quandiu dubitavit; nihil de petito recepit: cum  
verdè dixit, se credere, cum lachrymis, statim  
impetravit. quod desideraverat.

Matth. 4. n. 25. Et secuta sunt eum tur-  
bæ multæ de Galilæa,  
& Decapoli, & de Je-  
rosolymis. & de Ju-  
dæa, & trans Jorda-  
nem.

VERSIONES.

*Syriacus.* Et sequebantur eum tur-  
*Vatablus, &c.* bæ multæ à Galilæa,  
&c. & de regionibus  
suis ultra Jordanem.

EXPOSITIO.

EXPLICAT sacer Evangelista effectum 42.  
doctrinæ, Evangelii, miraculorum,  
& famæ Christi Domini. Et hujusmodi effec-  
tus fuit, quod turbæ secuta sunt Dominum.  
De

Abulens.

Quid signi-  
ficet Deca-  
poli.

Abulens.

De Galilæa; de cujus situ, ac extensione jam dicta  
sunt multa. Et ponit eam Matthæus ante cæ-  
teras Provincias, de quibus veniebant ad Chri-  
stum, ut notat Abulensis, quia Galilæa exitit pri-  
ma, in qua Christus prædicavit, ut patet ex hoc,  
cap. 4. *Matth. num.* 17. Et ideo de regione, con-  
venerunt ad Christum multo prius, quàm de aliis  
provinciis. Et *Decapoli.* Decapoleos nomen est  
Græcum, & est nomen provinciarum habentis decem  
civitates, dicitur enim à *deca* quod est decem, &  
*polis*, quod est civitas. Et, ut vult etiam Abu-  
lensis, *civitas*, tota ista regio vocabatur Galilæa  
Gentium, & extendit se usque ad Beritum, quæ  
est civitas in littore maris Mediterraneæ; & distat  
per decem leucas à Sidone, quæ erat olim civi-  
tas valde celebris. Et de *Jerusalem*, nempe de  
civitate Jerusalem, ac locis illis propinquis. Et  
de *Judæa*. Sumitur pro ea parte, in qua Tribus  
Juda morabatur. Et de *trans Jordanem*, seu ut cla-  
rius habet Syriacus de *regionibus suis ultra Jorda-*  
*nem*, ad partem Orientalem fuerunt olim regna  
Sehon Regis Amorrhæorum, & Og Regis Ba-  
san, ubi habitaverunt postea Tribus Ruben, Gad,  
& dimidia Manasse. Ex his ergo quinque partibus  
confluxit ad Jesum ingens hominum multitudo,  
& comitata est, quovis proficiscendum.

stras consolaretur, id est, beatitudinem salutis ac-  
tione per passionem, & mortem suam nobis operat-  
ur. Vidit, ut miserans pater, & ut nostris miseris  
consolationem daret per repromissionem Beati-  
tudinis. Turbas, hoc est, multitudinem populi  
apud se congregatam. Hæc autem frequentia  
populorum, ut ait Simon Cassianus lib. 10. p.  
2. dicitur turba, quia sæpissime turbat, & tur-  
batur. *Ascendit in montem.* Chromatius in  
*Commentario in hoc cap.* 5. existimat, quod iste  
fuerit mons Oliveti, sed mons iste erat prope  
Jerusalem; quia autem sermo hic habitus est in  
Galilæa; ideo, ut docent Divus Hieronymus  
Rupertus loco *proxime citato*. Christianus Gram-  
maticus, Cartholus, Hugo, & alii, iste fuit  
mons Thabor, vel alius in Galilæa. Thabor  
fuisse existimat D. Bonaventura, & Ludolphus  
in *lib. de vita Christi*. Et rectè in ipso monte  
Thabor in sua transfiguratione apparuit in  
gloria, ubi suis gloriam, beatitudinemque  
promiserat. Et bene pater dat ibi de filio testi-  
monium: *Hic est filius meus*, Matth. 7. nu-  
mero 5. ubi Filius testimonium dedit de Patre,  
& multa de ejus reverentia, & cultu docuerat  
homines, ut patet ex toto sermone de cur-  
so. Et *cum scisset*, in loco apto, & proportionato  
ad docendum. *Accesserunt ad eum discipuli ejus*,  
tanquam familiares, ejusque amici propius eum  
cincerunt.

Dominus  
videt ad  
miserandis  
Turba quia  
turbat.

Cassian.

Chromat.  
Hieron.  
Uper.  
Grammatic.  
Carthol.  
Hugo.  
Mons Tha-  
bor.  
Bonavent.  
Ludolphus.

Matth 7.  
Ibi Dominus  
app ret in  
gloria ubi  
eam suis  
promissis.



CAP. X.

QUESTIO I.

An hic altissimus Domini sermo in monte  
habeat continuationem cum his, quæ  
dicta sunt superiori capite?

Prædicantur octo Beatitudines in ser-  
mone Domini in monte.

Matth. 5. n. 1. Videns autem Jesus tur-  
bas, ascendit in mon-  
tem, & cum sedisset,  
accesserunt ad eum dis-  
cipuli ejus.

VERSIONES.

*D. Aug. lib. 1. de* Cum vidisset autem Jesus  
*Serm. Dom. in* turbas multas.  
*monte.*

*Syriacus* Ascendit in montem,  
cùmque consedisset.

*Pag. Vatablus.* Cùmque ipse consedisset,  
*Arias.* Et sederunt eo advennerunt  
illi discipuli ejus.

EXPOSITIO.

1.  
Theoph.  
Euthym.

Bernard.  
Rupert.

CUM Dominus, ut inquit Theophylac-  
tus, & Euthymius, sit opifex corporum, &  
animarum, postquam curavit corpora, ut supe-  
rius dictum est eo sine cap. 4. Matth. curat  
& animas per celestem doctrinam. *Videns*, seu  
cùm vidisset, ut ait D. Bernardus serm. 1. de om-  
nibus Sanctis, miserationis intuitu. Et Rupertus  
lib. 4. de gloria, & honore filii hominis. *Vidit*, ait  
ut miseretur; *ita miseratus est, ut miserans no-*  
Sylveira in *Evang. Tom. 11.*

Superiori capite explicavi finem capitis 4.  
Divi Matth. qui postquam enarrat quo-  
modo turbæ Christum sequebantur statim capite  
5. sermonem Domini in monte exorditur. Et  
ratio difficultatis est, qui *Locas capite* 6. post-  
quam commemorat electionem Apostolorum,  
ferè similem narrat sermonem in loco campeltri,  
de quo dicam *quæstione sequenti*. Antea ipse D.  
Lucas cap. 5. multa scribit, quæ Matthæus re-  
fert capite 8. & 9. Quæstio ergo est, quisnam  
ex his duobus sacris Evangelistis tenuit ordinem  
temporis; & in quo anno prædicationis Christi  
hæc contigere, in primo, an secundo.  
Baronius, Jansenius, Beauxalmes, Barradas  
tenent quod hic sermo Domini fuerit habitus in  
secundo anno prædicationis Christi, ac proinde  
quod Matthæus hic non observaverit ordinem  
temporis. Et ipsi maxime ducunt, & inter Beauxalmes  
se discrepant, an sermo sit idem, quem Mat-  
thæus, & Lucas narrant; de quo *quæstione*  
*sequenti*.

Baron.  
Jansen.  
Beauxalmes.  
Barradas.

Ammon.  
Tatianus.  
Hieron.

Secunda sententia, & mihi vera, Matthæus  
hic habuit ordinem continuum. Et postea quæ  
narrat gesta in Galilæa superiori cap. 4. sequitur  
hic sermo Domini in monte, qui fuit in hoc  
primo anno suæ prædicationis, ut habent anti-  
quissimi auctores Ammonius, & Tatianus in  
primo anno prædicationis Christi. Divus Hieronymus  
hoc loco: prout ait: *Ex precedentibus intelligitur,*  
Z 2 quod